acrius vexamen per præſides inferiores. Ut effugerent catenatam tot laborum tractibus ſucceſsivam à Præſidibus moleſtiam; elegerunt, ductore Moyſe, precipitem fugam, non valentes inſolenti reſiſtere poteſtati; quod Ægypti; ægrè tulere: equidem Præſidiam conamen, illos habere in perpetuam ſervitutem: qua de cauſa nec plagis domiri illos decreverunt perſequi; inveneruntque illos veſperè, & ut reducerent: expectarunt uſque manè. Tunc Angelus qui caſtra in columna præcedebat, *ſtetit inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem; ita ud ad ſe invicem toto noctis tempore accedere non valerent.* Fulgura & fulmina emmittebat Angelus è columna verſus Ægyptiorum caſtra; illuminans fulgore mirabili Hebræos, quos multiiuguis ſignis honeſtaverat Dominus. Unde nubes tenebroſa & clara, ſignans accepti populi chariſmata, & cœli gratias; ac lividorum palpabiles tenebras: quandoquidem invidos in præcipitium excæcat, qui ſplendor dotium viros inſignes illuſtrat. Fiunt enim viæ illorum tenebræ & lubricum, tamquàm chaos; & Angelus Domini arctè perſequitur eos.

Exod. 14. 20.

Splēdor alienus excæcat invidos.

13 Pergunt per mare, qui fuerant ſervi Præſidum ſubditi; & cum exercitu conantur qui dominabantur, etiam perſequi per mare. Sunt profectò furioſi. Cœlum fulmina mittit, & nequaquàm retrocedunt? Modò exerceant inplacabile odium; nec reputant in periculis periculum. Cœlum tyrannide oppreſſos fovet, & malignantium audaciam compeſcit: cæterùm non ceſſat lividorum ira, neque defervent à furore corda: equidem averſio truculenta pectoribus permanebit; quantumvis adverſus eos & cœlum fulmina vibret. Debacchantur fanatici, infatuati vel attoniti phantaſticà poteſtate, quaſi votis eorum putridum cor nocere valeret; quos cœlorum gratia etiam fulminibus protegit: ſed livor ita viſcera fodicat, bilem irritat, mentem excæcat; ut illos perſequantur, quamvis pro eis totum cœlum corruat, vel irruat. In propoſito irrevocabiles permanent, & magis quò digni valent, & vires livoris rident; dum conantus ſuffocare merita, quæ vexatione celſiora, haud reſpicientes immines præcipitium, ex perſecutione natum: igitur ira ex furore livoris perpetim continuabitur, donec vita cum iniqua poteſtate ſuffocetur. Eſt enim illis morbus merita perſequi per effrenem impunitam poteſtatem; quandiù livoris fœda prurigine vixerint: quin nova illis aquis ſuffocatio accidat, dum vità ac malignitate privat: etenim præ virulento livore, totà vita laborarunt ſuffocati. Valuit, ſed non prævaluit auctoritas poteſtatis.

Verſ. 23

Semel concepto odio, nec miraculis, erroris & furoris inſe ritur pœnitudo.

Effectus livoris.

Nec ſapiunt invidi, quamvis pereant in certamine.

Ipſa nocet moles.

Claud. de Bell. Gildon. v. 108. Ierem. 48. 36.

14 Hic eſt exitus inſolentis lividi, in perniciem inſidiante poteſtate. *Quia plus fecit, quam potuit, iccircò perierunt.* Unde quit eſſe factum ultra potentiam? Non excedit lividi cum poteſtate phantaſiam: igitur illi videtur poſſe facere, quod nequit fieri. *Ignoravere vire ſuas* (ait Senec. 6. *Benef.* cap. 30.) *& dum ſe tam magnos, quàm audiunt, credunt; attraxere ſupervacua, & in diſcrimen rerum omnium perventura bella.* Connotatur poſſe licitè, & abſolutè poſſe, quia quæ licita dumtaxàt debent eſſe poſsibilia rationali. Nihil enim in facto poteſt fieri, modò in illum potentià deficiente: quapropter quod illicitum in ipſo facto notatur ut impoſsibile; uti dixit Iaſon Medeæ v. 566.

Seneca

Idem.

Aude quicquid potes, Medea, quicquid non potes.

Si poteſt, quando rectum. Si non poteſt fieri, quando illicitum factum; ex quo in potente auctoritatis periculum. Eſt ſcena invidi pectoris, inſidiantis præclarorum dotibus, maligno corde ac virulentis viſceribus; atque ſolicitantis ſuffocare nomen, quoniam habet Superioris poteſtatem, qua ſibi videtur ex iure famæ atque vocis honor; quia non meritis, ſed dignitate Superior. Cogitat vexationem auctoritas, excitat potentia ærumnas, haud reputat nefas: nequit facere, quod nequit licitè fieri: & perit, dum plus facit quàm facere potuit; quoniam quando fama ſuffocari intenditur, eius fama & etiam vita miſerrimè ſuffocatur. Poteſtate eſt uſus, ut dotium famæ aliquod impingeret dedecus. Afflixit ut deprimeret, vel opprimeret; ceterùm etiam Superioris auctoritate non valuit; quamvis in exterminium & cogitaverit & fecerit pluſquàm potuit. Crevit honor, pondere, adinſtar palmæ: hoc illi decus: quo magis premitur altiùs tollit onus.

Conantur invidi furore, quod nequit fieri.

Sed fruſtrà

Omnibus his celebrem dedit virtus inclyta famam.

Raviſ. Text.

Quin valerent impoſturę, ex vaniſsima dignitatis poteſtate; quoniam impoſturę à malignitate, atque livore cognitæ.

Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ.

Virgil. in Æn.

15 Non dubium, ut ait Herodotus *lib.* 3. *n.* 18. *Satius eſſe, invidioſum eſſe, quàm miſerabilem invidum.* Cauſam affert

fert Plaut. in *Truculent.* Act. 4. ſcen. 2. à verſ. 30.

Plaut.

Mavelim mihi inimicos invidere, quàm me inimicis.
Qui invident, egent: quibus invidetur, rem habent.

Gloria eſt, cæterùm amara: etenim ut in *Medea*, v. 294. inquit Euripides: *Nocet æſtimatio; & fama, magna mala attulit.* Faciet invidentia plus quàm poſsit. Ni excelleret, Scipio à Roma non exularet. Eius geſta & fama erat Magiſtratum umbra: neminique (potiùs ſi poteſtate & conditione vilis) placet eius honorem ſine explendore habitare in tenebris: illique videtur potiri Solis flammà, ſi removetur umbra. *Perverſi homines malunt contemnere videri præclara, quàm diſcere. Nos quoque patere morſibus plurimorum, qui ſtimulante invidia, quod conſequi non valent, deſpiciunt*: infit Hieronym. 2. in *Ruffin.* Facile remedium in huiuſmodi ludibrium, contemnere nempè contentum: cæterùm moleſtiſsimum; quod qui debebat præ dignitate gaudere, & pro viribus plaudere, toto cordis anixu conetur perſequi. Durum porrigi venenum, à quibus præparari ius erat, alexipharmacum: igitur maior iniuria (parmis mutatis in pila) dum furenter oritur à iuris & legis inviolabili cuſtodia. *Deteſtabilis eſt omnis iniuria, & quicquid contra leges admittitur; iuxtà execratione damnatur* (infit Caſsiodor. 4. *Var.* Epiſt. 27.) *ſed malorum omnium probatur extremum; inde detrimenta ſuſcipere, unde credebantur auxilia provenire.* Needùm reſpondimus plenè argumento Didaſcaliæ, ut conſtet per temerarias ac præcipites iniurias, quàm effrenis impunita poteſtas: ſequens ut parergon delicabit, quod præſens, quia nimis protracta, ſiluit: vagatur furor.

Euripid

Inſignis geſtis famæ, eximia gloria, ſed amara.

Hieron

Grave, ſi percutit lancea, unde aſflictus perabat cura.

Caſsiod

——Quis aut Euryſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Virgil. 3 Georg. v. 4.

DIDASCALIA V.

In iuvenibus imperium, frequenter ad præcipitium.

1 QUid enim indignius, quàm florere quoſdam & fortunæ abuti indulgenter inſolentia; quibus nulla ſatis mala poteſt inveniri, vel cogitari fortuna? Obvia venit, vel ut mentem adimeret occurrit; ex cuius aſpectu qui non expectabat, nec iure poterat, deſipit; extendens cogitationem ad poteſtatis inventæ dulcem prhenesim: igitur pungit, ſcire, & uſque in inſaniam; quid ſit habere cum poteſtate fortunam. Quorsùm ſacri inviolabilis tribunatus decus, ſi non conceditur uſus? Blandimen eſt phantaſiæ, tutò inſanire, accepto plauſu ex opprobrio; quin pro dignitatis decore admittatur conſilij præcipitis retractatio: etenim potentium nefas, ni propugnetur furoris auctoritas. Debetur honor, ſi auctoratus furor. *Electi non minùs exiſtimant turpe, quam vinci* (inquit Cordubenſ. 6. de *Benef.* cap. 30.) *& perpetua credunt, quæ in ſummum perducta, maximè nutant. Illos in præceps agit extincta libertas, & fides in obſequium ſervile demiſſa; dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet, diſſuadetque, ſed adulandi certamen eſt, & unum amicorum omnium officium, una contentio; quis blandiſsimè fallat*: & ut accinit Virgil. 3. *Georg.* v. 3.

Cur inſolenter exercetur poteſtas?

Senec.

Vnde potentis infatuatio?

Cætera quæ vacuas tenuiſſent carmina mentes.

Virgil.

Poteſtate delirat; quoniam fortunam, quam nec optabat, ludentem & volitantem videbat; promittens ineptijs imperium glorioſiùs relicturum, quàm acceperat imperium; cum eſſet in caduco (ut dictum à Lamprid. de Heliogabalo) *Opprobrium dignitatis, atque publicum ludibrium.* Quia Herculi ab aulicis Alexander præferebatur; ab eiſdem illuditur, quaſi cœlum mente vanà complecteretur: & ad eius vecordiam temerarij reginiinis, unus non ſufficeret orbis. *Quid enim Herculi ſimile habebat væſanus adoleſcens; cui pro virtute erat felix temeritas?* Ita Senec. d. *lib.* 1. *cap.* 13. Iurè Homer. 7. *Odiſſ.* verſ. 294.

Æl. Lamprid.

Iuvenilis ætas eſt dominationis deſipit.

Senec.

Semper iuniores deſipiunt.

Homer.

2 Utique, verum in principatu ex poteſtate ſtulteſcunt, præcipites procedentes vel per infamiam, volentes in lubricis probare fortunam. Quis melior Saule? *Non erat vir melior illo*: ſtatura corporis, virtuteque dotium in vacuum principatum ſuper cives eminebat ab humero & ſurſum. Verum qualem habuit exitum? Quodnam vitæ regimen, ut aſcendit in deſperatam dignitatem? Frequenter enim in regimine labat, cui dignitas contingit, quam nec ipſe ſperare valebat: hinc ille fanaticus debacchabatur furenter in dignitate; tamquàm arreptitius & poſſeſſus à dæmone. Unde ſi ut melior à Domino electus, exivit ita malignus? Multoties accidit in thronum aſſumi-

1. Reg. 9. 2.

Ibid. 10. 24.

Peſsimi ſubditi caſtigantur peiore Præſide.

mi peſsimum, ob merita ſubditorum; ſicut modò Iſraëlitis, quærentibus corruptelam libertatis: iuſtum enim fuit, ut ſpecie melioris regiminis, Numen permitteret ėligi ad illos peiorem; qui noluerunt capitones optimi iudicis, atque Numinis regimen. *Non enim te abiecerunt, ſed me; ne regnem ſuper eos*: dicit Dominus Samueli.
Cap. 8. 7
Quinam niſi peſsimus placebit, quibus nec Numen in ſuperiorem placet? Nullum vellent, modò excutere poſſent: verùm ſæpe iuxta conditiones ſubditorum, deſuper diſponuntur acta regentium.
Pſal. 57. 10.

3 Spinas delictorum habent: ſpinæ ſpinis reſpondent: in iraque vindicis abſorbentur in ſupplicium; antequàm intelligant Superiorem rhamnum. Exit igitur ignis de rhamno, celebrata in Principem electione; & ſubitò devorat univerſos cedros Libani.
Iudic. 9. 15.
Regnare facit hypocritam propter peccata populi. En rhamnus.
Iob 34. 30.
Inter genera ruborum candidior: ait Plin. 24. *cap.* 14. Cœl. Rhodig. 22. *cap.* 31. Berchor, *Reductor*. 12. *cap.* 136. & Grannuyſe, 17. *cap.* 138.
Plin.
Adinſtar rhamni, criminis diſsimulatione & candoris ſpecie, improbus improbis principatur; atque iniquitas iniquitate conſumitur; igitur ſimulatè indolis oſtenditur candor, & traditâ poteſtate, totus ſpinarum & ſpiculorum aculeatus rigor.
Sapient. 11. 16.
Semper à malis eligitur malus, qui electoribus virus.
Pro cogitationibus inſenſatis iniquitatis illorum. Bibl. Antiq. *Iniquitates eorum*. Quæ iniquitates, & inſenſatæ cogitationes? *Quidam errantes colebant mutos ſerpentes*. Hic error, & in errore inſenſata cogitatio, ut ſine lege lex tantùm eſſet pro lubito: etenim cum egerent freno regiminis; dumtaxàt eligebant, ut adorarent in Superiores, ſerpentes. *Mutos* dicit, quia in huiuſmodi electionibus virus latet, & improbis placet virus.
Iſai 59. 5.
Ova aſpidum ruperunt, ut valerent viventes ad placitum; ſed deciderunt à cogitationibus; quippe erupit latens virus: igitur quod electione confotum; ut illos exterminaret, fotum in regulum: & quæ debebat eſſe virga directionis, mutatur in colubrum, ac regimen in draconem.
Exod 4. 3.
Virgæ ſubditæ in dracones converſæ: ideo in ſerpentem virga regiminis; quia opus devorare, qui converſi criminibus in dracones.
Cap. 7. 12.
In dracones draco, ut exitus eligentium privetur effectu: etenim è cœlo diſponitur virga regiminis, ut devoret atque deglutiat ſerpentes: maximè qui per ſortes fortunæ ludentis varias, converſi ſunt in dracones; dumtaxàt quia habebant virgas. A dæmone aliunde pro virgis, ait hic Pererius, allatos ſerpentes: patet à quo facta aſſumptio. Frequenter à dæmone huiuſmodi electio: at deſuper diſponitur in cruciamen; quoniam pravi quærentes præſidem, ſevum inveniunt draconem. Vide *Tautol.* 8. *n.* 2. Sat in argumentum obvium.

4 Aliam cauſam furoris Saul in regimine, adducit Philo Biblius in *Antiq. Hebraic.* ubi infit: *Nocuit Iſraël, quoniam poſtulavit ſibi in regem, antequàm veniret tempus, ut regnaret*.
Phil. Bibl.
Dignus videretur imperio, niſi imperaſſet: igitur aſtruxit elatus inſperatâ in regimen poteſtate; nec ſervum meliorem, nec deteriorem dominum fuiſſe. Cum tempore ac experientia gereret honore credito, inſignia. Se repentè vidit elevatum in regni faſtigium, habentem in aſſumptionem præclarum protectorem & patronum; qui regimen ſenex reliquit, ut iuvenis ille haberet. Quia ſe indignum iudicabat, tempore electionis domi ſe addiderat; & vel amori proprio videbatur ſatis dignatus, ſi forte electus eſſet Principis ſocius. Aſcendit quò non putavit, quò prudentia dignos in honorem aſſumit.
Ante tẽpus iuvenis ex dignitate potentia, provocat in abſurda.
Habuit habenas ſuperioris regiminis, refragante electionem flore ætatis. Habuit ſubditorum adorationem, atque throni maieſtatem, antequam poſſet cognoſcere quid illi creditum, quod poſſet regere; ſine ulla in decretis expendendis furioſa temeritate: & cum in iuvene nimia potentia propendeat in temeraria deliria; deſipuit auctoritate attonitus in culmine principatus, quoniam aſſumptus in ſolium, antequàm veniret tempus. Effulſit Petrus præ cunctis in vera confeſsione Salvatoris: cui in præmium dicitur: *Tibi dabo*, ut principeris, *claves. Dabo*? Cur non modò? In regimen non eſt tempus.
Matth. 16. 19.
Tempore dandum, ut ſit ſine erroribus imperium. *Dabo*. Si error tunc eſſet in ſene; quid ante tempus in iuvene? Inſipidus fructus, dum arte, non curſu temporis præcox. Depompatur per pompam honoris honor; & totum in iuvene intempeſtivum, niſi ex vanitate furor. Propera dementia, cum poteſtate propera; quæ nihil cogitat, niſi ſugeſta a phantaſia, ut accidit Sauli, collocato in maieſtate, quaſi præclarũ caput effeciſſet ſolij celſitas; cum pridem nec ſciret cuſtodire aſinas. Valdè nocuit Iſrael, dum regeret; quamvis Samuel ſtudioſè dirigeret: etenim dignitate ita impos mentis; ut auderet fungi munere Sacerdotis:
1. Reg. 9. 10.
quaſi magna faceret (cum titulo religionis à religione deficeret) inſolenter inflatus principatus arrogantiâ; quaſi poteſtas conceſſa fuiſſet ad omnia: & cum eſſet obiurgatus à Samuele propter vacuæ poteſtatis exceſſum; illicò
Cap. 13. 9.
averſatus eſt electorem & magiſtrum. Ferè poteſtate abutitur, qui intempeſtivè in illam eligitur: & ut ſanetur, quam contraxit ante tempus vulnus vecordiæ, neceſſariò tempori admovendæ cucurbitæ: neceſſariò; aliàs inſanabilis, quæ pendet à collo. O quàm formoſum caput! ſed cerebrum non habet.

5 S. Franciſcus alloquitur ſuos (ſicut nobis præſcribit conditiones Præſidis N. Glorioſus Legiſlator Benedictus *Regul. S.* cap. 2. & 64.) de qualitate Prelatorum.
S. Bened
Qualis debeat eſſe iſtius familiæ Dux & Paſtor, vobis depingam. Homo iſte (Pende: altius commendat, quod ſit homo) *debet eſſe vitæ graviſsimæ, diſcretionis magnæ, famæ laudabilis, privatis affectionibus carens; ne dum in parte plus diligit, in toto ſcandalum generet. Ne ſi apud eum defuerint remedia charitatis, deſperationis morbus prævaleat in infirmis. Propter honores non mutentur eius mores, niſi in melius.*
S. Franc
Conditiones optimi Præſidis.
Præconizat *Collation.* 26. Homo iuvenis ad regimen non eſt homo: caret conſilio, nec rectè regit, dum dicit in erroris excuſationem: Uſum vi habeo. Sunt pueri in exterminium reipublicæ, ut indicat Evangelicus Vates: *Pueros Principes eorum*.
Iſai. 3. 4
Perperum regimen, ſi Principes regiminis incapaces: diſtortèque regit, qui regit non valet. Eſt in pueris ratio, cæterùm ſine exercitio: & videtur in cladem forma regiminis, ubi in regimine non eſt uſus rationis:
Cur pueris conferuntur imperia?
quandoquidem dum ingruit cauſa, ſummam expoſcens prudentiam; Princeps, uti puer neſcit quid ſit inter dextram & ſiniſtram. Perpropriè Hiſpani: *No ſabe qual es ſu mano derecha*. Quid quòd erret & cadat; ſi ſe præcipitat? Unde Prometheus apud Æſchi. à v. 929. iuveni Mercurio dixit:

Pervicaciâ te conieciſti in mala.
Novitij nuper conſecuti eſtis imperium,
Et putatis incolere arces cœleſtes: hinc
Duos Principes memini excidiſſe.

Æſchyl.

6 Nato Domino, Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: *Ubi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum*? Si natus, & nuper, ſanè pupus.
Matth. 2. 2.
Quidni interrogant de puero, ſed de Rege nato? Malè ſonat in aula Rex & pueritia; quæ non apta ad regnum, expectans rationis uſum: & Regem puerum non dicunt puerum ſed Regem; throni atque principatus exprimentes maieſtatem: equidem nullum decus maieſtatis, ſi puer potitur auctoritate regiminis.
Nec ſignum maieſtatis, ubi puer in maieſtate regiminis.
Dij avertant Principes pueros, & Patres patriæ dici impuberes. Tu Tacite Auguſte, ſcis quemadmodùm debeas imparare, qui alios Principes pertuliſti. Diu privatus fuiſti: inquit in *Tacito*, Vopiſcus.
Vopiſc.
Turbationem imperij & ſine ordine exprimit Tacitus. 2. *Hiſtor.* à cap. 52. *Ut novus adhuc & in Senatum nuper aſcitus, magnis inimicitijs clareſceret, inter multos ſocietate culpæ tutior, appellabat Patres conſcriptos intempeſtivo honore.*
Tacit.
Ad honorem non aptum quicquid intempeſtivum. Quapropter inter Ægyptios (refert Diodor. Sicul. *lib.* 3. n. 100. & Herod. *lib.* 2. *n.* 10.) nemo habenas tenere quibat principatus, qui per gradus ſerviendo non obtinuiſſet aſcenſus; quippe aliter, nequaquàm eſſet aſcendere; ſed volare; alæque negantur homini: & modò ſi aptentur ut tollatur in altum; deſeviunt, ſi viſcantur, in præcipitium. Ad quid puer valebit? Quot gradus habet? Et imperium obtinet? Riſus. Dehoneſtabitur profectò principatus: confuſio erit, nequaquàm ſeries regiminis, eius qui ut puer neſcit emungere nares. Lucan. 8. de *Bell. Pharſal.* v. 281.

Ætas Niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt:
Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.

Lucan.

Hoc intuitu dicitur à regnantibus: *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes & regnabimus ſuper terram*.
Apoc. 5. 10.
Regnum itaque ſunt ſubditi, ſub Principum directione: & ut regnent, regnum ſe dicunt & ſubditos Sacerdotes; quia congruit, ut priùs in muneribus ſerviant, quàm conſtituantur in Principes.
Haud bene Prælatus, qui parùm ſubditus
Sic enim, ait Hieronym. *Epiſt.* 2. *Qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerunt, ætate ſit doctior, uſu tritior, proceſſu temporis ſapientior, & veterum ſtudiorum dulciſsimos fructus metit.*
Hieron
Nullus enim moderationis fructus florente ætate, quia numquàm fructus in flore: nec frugi (quantumvis adulatio fingat magna) dum adhuc meſsis in herba.

7 *Hominum multis fortuna ſine flore eſt*: inquit Plin. *lib.* 16. *cap.* 25. Sed quorſùm? Diximus *Tautolog.* 3. *D.* 6. *n.* 9. Seneca, lib. 1. de *Ira*, cap. 10. *Puerilia & muliebria ingenia ſunt*. Ovven, *lib.* 4. *Epigr.* 257.
Plin.

Civili puer & mulier prohibentur ab omni:
In nullo numero ſunt puer & mulier.

Ovven.

Carent mente, nequitque regimen florere ſine diſcretione. Sunt partus informes, ante tempus in natura; queis non homines conſpiciuntur, ſed monſtra; horrores etiam ad parentum vultus; non alio, niſi quia voluerunt fieri & apparere homines ante tempus; quo fortunæ luxuriantis conſtat abortus.
Cur ante tempus dicuntur aborſus?
Fragili felicitate provectus (ait Caſsiodor. 1. *Variar.* Epiſt. 4.) *fortunæ ludo ad apicem faſcium repentinis ſucceſsibus evolavit*. Definit Terentius in *Adelph.* Act. 1. ſcen. 2. à v. 18. ſuccinens:

Terent.

Homine imperito numquàm quicquàm inuſtius,
Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.

Neſciunt quid faciunt ſiderati & attoniti intempeſtivà maieſtatis poteſtate: & modò potens præut placuerit faciat, haud recogitat quid fiat. *Suſpecta virtus, inertia in pretio* (inquit Plin. *lib.*8. *Epiſt.*14.) *in Ducibus auctoritas nulla, nulla militibus verecundia, nuſquàm imperium, nuſquàm obſequium, omnia ſoluta, turbata, atque etiam in contrarium verſa, obliviſcenda magis, quàm tenenda. Proſpeximus Curiam trepidam & elinguem, quùm dicere quod velles, periculoſum: quod nolles, miſerum eſſet.* Exploretur ſedulò propoſitum Saulis, in prognoſticum futuri in regimine furoris. Quærere aſinas miſſus eſt cum ſocio à patre: quæ cum non eſſent inventæ; dixit illi itineris ſocius: *Ecce vir Dei eſt in civitate hac: nunc ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via propter quam venimus.* Hebr. *Viam noſtram ſuper quam ambulavimus.* Maluend. *Viam noſtram per quam ambulamus.* Pendendus articulus: equidem ut exponit Alapid. *Hoc ergo Sauli fuit omen regni, ut quærens aſinas, inveniret.* Quærere aſinas, omen regni? Sanè, ſed ſibi, & infauſtis avibus ac malo omine. Dignitas illi ibi à Samuele conferenda; & dum à ſocio ſignatur locus, ſtatim reſpondet: *Ecce ibimus.* Paulo pòſt: *Optimus ſermo tuus, veni, eamus: & ierunt in civitatem, in qua erat vir Dei.* Eſt meritorum maieſtas, quando non quæritur dignitas: huiuſmodique caſu eligendi proceſſus, in augurationem malum omen; quia non quæſitus ab illa, ille proceſsit in dignitatem.

Plin. — *1. Reg. 9. 6.* — *Hebr. & Mal.* — *Alapid.* — *Verſ. 7. & 10.*

Malum omen in regimen non quærere ſed quærere dignitatem.

8 Scrutemur cur omen in regnum, & ſiniſtrum propsùs omen. *Si fortè indicet nobis de via per quam venimus.* Ambulant, & neſciunt quà eant? Ambulare & neſcire quò diriguntur greſſus pedis, eſt ambulare in errores: apteque dicitur, ut indicet viam quà venimus, dum aſinæ quæruntur, prognoſticon principatus: igitur aſinos quærere, ubi hominum obviat honor; non erit iter, ſed error. Quid quòd perirent aſini, per ſe perditi? Neſciunt venientes quà veniunt; quia neſciunt huiuſmodi cogitatione, quò vadunt. Neſciunt quà eundum, ſed quà eunt: errantque in aſinorum inquiſitione, imminente principatus regimine; quoniam Principi dedecus, in regimine muneris quærere aſinos. Ambulant, de via cogitant. Neſcierunt neque intellexerunt, quia in tenebris ambulant: & dum huiuſmodi de aſinis perditis cogitatio procedit, quæritur qui viam ambulantibus indicet; quoniam, an aptus eligendus dominationi; cognoſcitur ex modo quem habuerit procedendi. *Viam indicet per quam venimus.* Fatuum videtur, poſtquàm viam perfecerant: qua ituri, inquirant, & fit interrogatio de itinere ab ipſis trito, ubi de aſinis ingruit ſolicitè cogitatio; quippequàm Principis futuri in aſinos diligentia; non eſt regiminis via. Vernaculè: *Caminando con tan extravagante proceder, no ſaben por donde vàn; porque buſcar ineptos para el govierno, no lleva camino.* Hæc officia nonnumquàm dominantium iuvenum: in via regiminis ſtupefacti poteſtatis faſtu, neſciunt, quà, imò quò eunt; & errores non cogitant, modò vadant. Non timent (uti taxat Horat. 2. *Epiſt.* 1. v. 114.)

Principis non bonus, quærere ſtultos miniſtros.

Imperiti in moderamen ſtolidi.

Horat.

Navem agere ignari navis.

Geneſ 1. 3.

9 *Fiat lux & facta eſt lux*: Dixit conditor. D. Thom. ut ſæpè retulimus: *Fiat Sol.* Cuius in diem præſidentia, dumtaxàt memoratur die quarta; titulo luminaris maioris, Monarchæ lucis. Monarcha, quia ſolus Sol, in poteſtatem dici. *Luminare maius, ut præeſſet diei.* Iam enim tranſierant tres à conſtitutione in Præſidem dies: cur igitur quartum uſque non dicitur Præſes? Quod modò Præſes facit, illo triduo curſu fecit: ideſt totum luſtrare gyris diſsitum orbem, ut videret, quid accepturus in regimen: cúmque vidiſſet, præſidentiam Numinis præcepto accepit; homines tacitè docens, quomodò in rectitudinem acceptandæ dignitates: quandoquidem manifeſta veſania, clara vecordia, velle regere mundum ſine experientia. Fulgebat ſpectabili ſplendore vas admirabile, opus Excelſi, in Præſidem deſtinatum copià radiorum; ut illo Præſide thronus fulgeret, ac inferiores ſubditos illuminaret: & quamvis à primo die ius habuit in principatum, quouſque luſtratus orbis, nequaquàm Pręſidis accepit titulum; quippequàm in munere dominationis errat, qui ante regimen non reſpicit quid in munere ſuſcipiat. Vulgò: *Para acertado gobierno: primero regiſtra el mundo, que le tomaſſe à ſu cargo.* Hinc claret iuvenum origo ineptiarum. Explorant quid regendum ſed non modum: quid poſsint, non quæ dignitatem decent: unde cum iudicium ex ſola poteſtate ſit temerarium; dum aſſumuntur in thronum aſcendunt in præcipitium.

Verſ. 16

Regere ſine experientia, vecordia

Quid regat, priùs peritus explorat.

Menãd. in Hercul

Nihil imperito videtur audacius.

10 Thronum experti & quotidiano labore regendum, à patre Apolline popoſcit Phaethon. Expavit, ut pater audivit, auſuſque compeſcere voluit. Floridiſsimè ac luculenter. Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 1.

Ovid.

—— Non eſt tua tuta voluntas.
Tua corrige vota.
Non honor eſt: pœnam Phaeton pro munere poſcis.
—— Non eſt mortale quod optas,
Placeat ſibi quiſque licebit.
Magna petis Phaeton, & quæ non viribus iſtis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.

Qui ſine experientiæ moderamine, exterminium reipublicæ.

Quicquid expertus, ut ruinam arceret expoſuit, inflatus adoleſcens ſuſque de que fecit. Apollo indulſit: puer gaudibundus habenas ſuſcepit. Verùm quid? Incendium orbis expreſsit regimen iuvenis, regiminis inexpertis, atque currus moderationi flagrantis.

Idem.

Corripitur flammis ut quæque altiſsima tellus,
Fiſſaque agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Magnæ pereunt cum mœnibus urbes:
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt: ſilvæ cum montibus ardent.

En regimen audacis regimine tradito, quin in moderationem habeat cerebrum: igitur eius in throno expeditiones totius orbis exterminium. Valent iuvenes ad quæ non valent, neque præcipitia temerarios ex poteſtate terrent. *Finis venit, venit finis. Evigilavit adverſum te: ecce venit ſuper te qui habitas in terra*: dicit Dominus habitantibus Ieruſalem; quia venturus Nabuchodonoſor; cuius adventus, in exterminium, cùm iuvenis accepiſſet regnum, & receptus in Principem in totius populi tranſmigrationem & captivitatem. Si ſub rege novo imperium ſæpe ſæpius mitiſsimum; unde in exterminium novi regis imperium? Illicò exhibetur cauſa *Floruit virga, germinavit ſuperbia.* Virga ſuperbiam genuit, atque vaſtationem è rege iuvene prodijt: equidem cùm tantùm reſpiciat in poteſtatem dignitatis infatuata iuventus, haudquaquàm in iura ac leges queis fulget throno; eius germinat effrenis ex abrupto ſuperbia, ſimulac dignitate floreſcit virga. Non enim illi auctoratum videtur imperium, niſi inſolenter per faſtum: quod quidem fuſius exponemus, *Tautolog.* 12. *D.* 3. *à n.* 4. Virgam explicat florentem, & ſuperbiam germinantem. Non quia ſuperbia non eſſet, ſed quia uſque virgam Nabuchus haberet, ſubdolè latuit. Latuit ſimulatè in pectore, quouſque potiretur dignitate: iungiturque germinatio ſuperbiæ cum flore virgæ; quippe tunc oſtendit inflatione poteſtatis, quod germinandum è radice cordis: etenim poſtquàm pervenit ad virgam, totum pectus uti turgidum germinavit in ſuperbiam. Germinavit ſurſùm fructus radicis amaræ; cujus acerbitas fovebatur à vanitatis & inſolentiæ radicæ: quandoquidem floruit virga curva in pravum regimen; ut germen tantùm oſtenderet ſpiritum arrogantem. Genitus in finem & vaſtationem civium, in exterminium regnorum; qui ſuperbus tenet dominationis imperium: igitur ut iuvenis cerebro infatuatus caret; qui uti inexpertus, præ faſtigio in ſuperbiam intumeſcit. Indignum profectò ſeſe declarat, quem dignitas inflat: ſæpe etenim faſtu tumidè inflatur, qui non ab alijs, ſed à ſe eximius in regimine cognoſcitur.

Ezech. 7. à 5. — *Verſ. 10*

Principari iuvenes non cogitant, ni deſipiant.

Simulat pravitatem indolis, quouſque aſſumantur ad dignitates.

11 Carpit Hieronymus, ſeu potiùs ridet, dum ſibi omniſcij ex dignitate blandiuntur, cogitando Platonicè, loquendo Cynicè, ſilendo Pythagoricè, ambulando Ariſtotelicè: *Nomen ſibi vindicant* (infit *Epiſt.* 4.) *ut quidam rabula, qui teſtudineo incedebat ad loquendum gradu; & per intervalla quædam, vis pauca verba carpebat; ut eum putares ſingultire, non proloqui: & tamen cùm menſa poſità librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, contractiſque naribus, ac fronte rugatà, duobus digitulis concrepabat: tunc meras nugas fundere.* Quid non ſperandum ſapientiæ ac prudentiæ, haccine eruditā ac floridà iuventute? Dixit Furius Bibaculus de Valerio Catone, apud Lævin. Torrent. loc. cit. *Horatij* v. 105.

Illorum ſuperba vanitas.

Hieron.

Ridentur.

Fur. Bibac.

Tota creditor urbe venditabat:
Mirati ſumus unicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum Poëtam
Omnes poſſe ſolvere quæſtiones;
Unum difficilè expedire nomen.

Ex directione in regimine non poſſunt habere nomen, ſed illis videtur illuſtrius per dignitatem; qua ſibi ineptè lenocinantur, dum plus deſipiunt. Hinc dum puer, ſucceſſor Magni Alexandri à Ducibus eius proponitur, Iuſtinus lib. 13. *Hiſtor.* de Lago dixit: *Ptolomæus recuſabat Regem Aridæum: ne ille nomen Regis, alius imperium teneret: melius eſſe, ex his legi; qui pro virtute Regi ſuo proximi fuerint, qui provincias regant, quibus bella mandentur; quàm ſub perſona Regis indignorum ſubijciantur imperio.* Utrumque periculoſum. Si ſunt miniſtri, iam non miniſtri, ſed Reges, præ faſtu dominationis; ut diximus *Didaſcal.* 2. à n. 10. Igitur ſine nomine abſolutè poſsident thronum; & cum titulo Princeps eſt ma-

Iuſtin.

Omninò inhabiles ſed aptiſſimi incommodis.

maieſtatis ſpectrum. Si ætati creditur moderatio; viridi ætati non eſt diſcretio, ut collimet; etenim neceſſarium, quòd citra prudentiam imperitus erret (hinc & hinc vel ſeductus vel attonitus, fumo adorationis cæcus) quo in excidium throni ſubvertitur regiminis currus. Signat Tragicus in *Hercule Oetæo*, à v. 675. ſuccinens:

Quiſquis medium refugit iter,
Stabili numquàm tramite curret.
Dum petit unum præbere diem,
Patrioſque puer concitat axes,
Senec. *Nec per ſolitum percurrit iter,*
Sed Phœbeis ignota ſecat
Sidera flammis, errante rotà;
Secum pariter perdidit orbem.
Toto iacet mundo gemendus.

12 Habet ſecum comitem individuum errorem, iuvenile præceps ſine reflexione regimen; ut ait Bernard. *Epiſt.* 271. *Honores & Eccleſiaſticas dignitates non ignoro debere his, qui eas dignè ac ſecundum Deum adminiſtrare & vellint & poſſint: porrò eas acquiri parvulo; nec vobis iuſtum, nec mihi tutum.* Altiores non meliores eſſe delectat: prurigo æſtimationis vehementer titillat: tuncque non conferuntur in præmium, ſed in ætatis indomitæ præcipitium. Adi eundem, *Epiſt.* 27. & 3. de *Conſiderat.* cap. 5. n. 20. qui de *Morib. & Offic. Epiſcopor.* cap. 7. n. 25. ſubdit: *Scholares pueri & impuberes adoleſcentuli promoventur ad Eccleſiaſticas dignitates, & de ſub ferula transferuntur ad principandum: lætiores interim, quòd virgas evaſerint, quàm quòd meruerint principatum: nec tam illis blanditur adeptum, quàm ademptum magiſterium. Hoc quidem in initio: proceſſu verò temporis, paulatim inſoleſcentes docti ſunt in brevi vendicare altaria, ſubditorum marſupia vacuare, magiſtris in hac diſciplina utentes idoneis ambitione & avaritia. Væ terræ, cuius Rex puer.*

Bernard

Conditiones iuvenum in apice honorum

Idem.

Ille reget currus nondùm patientibus annis!
Ille ſemel raptos numquam demittet honores!
Bella nefanda parat, ſuetus civilibus armis.
Quem tamen inveniet tam longa potentia finem?
Quis ſcelerum modus eſt?

Lucan. d. v. 316

13 Haud mihi creperum, munera nec deberi nec negari, iure ætatis. Quid ſi puer centum annorum? Quid ſi ſenex ſtudio puerilium, qui nullam habet virtutis commendationem, præter ætatem? Multi iuniores ſuper ſenex intelligunt, dum prudentià, gratiàque deſuper illuſtrantur. At per miraculum fit: & in aſſumptionem ad regiminis thronum; minimè fiet, quod contingit per miraculum. Haud congruit imitari, quod datur admirationi, nec ſenem, quia ſenex in dignitatem extolli: etenim ſanè turpiùs, ſenex in regimen puerulus. *Fuit Abel paſtor ovium & Cain Agricola.* Primus Abel, multo tempore poſterior Cain? Iurè. Ad paſtoris infulas, virtus debet attendi, nequaquàm ætas. Ad huiuſmodi nobile decus, non aptior ruſticus. Hinc N. Patriarcha, *Regul. S.* cap. 21. monet, *Non eligantur per ordinem, ſed ſecundum vitæ meritum.* Ætatis obſervatio non eſt ordo. Ut ordo ſit; non fiat in regimen electio per ordinem dierum, ſed dumtaxàt per ordinem meritorum. Mirifica fit à Pſalmographo deſcriptio, eorum, qui ad laudem Dei perfunguntur miniſterio. *Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen.* Sol, Luna & ſtellæ poſteriores luce. Hæc ex quo fuit, rutilavit ſplendore. Utique, ſed flaccidè, remiſsè, languidè, frigidè; ita ut nec omninò fulgeret, nec omninò latuiſſet. Lux cum virtute Soli, Lunæ & ſtellis communicata, ubi in regimen aſſumpta: quod quidem haud creditum primæ luci, quæ prior tempore; quippe in prçſidentiam aſſumendi ad commendationem muneris, qui eminent virtute ſplendoris, & ſplendore virtutis; quantumvis in tempore ſint minores. Collatio dignitatis ratione ætatum, eſt velut ſomnium ſurgentium. Illis tempus merita præclàra videntur. A philautià falluntur. Si ætas pro meritis: *Senes veſtri ſomnia ſomniabunt.* Debent munera concedi meritis, ſed non meritis ætatis. *Quem animum nos adverſus pueros habemus; hunc adverſus omnes, quibus etiam poſt iuventam canoſque puerilitas eſt*; ut ait Senec. de *Conſtant. Sapientis*, cap. 12. & *Epiſt.* 13. *Inter cætera mala* (inſit) *hoc quoque habet ſtultitia proprium, ſemper incipit vivere. Circumſpice tecum ſingulos: occurrent tibi ſenes, qui ſe maximè ad ambitionem parent. Quid eſt autem turpius, quàm ſenex, vivere incipiens?* Simili itaque conditione & ætate, aptior prudens adoleſcens ad munus, quàm *ſenex* regimini *fatuus & inſenſatus.*

Non debentur nec negantur ætati; ius eſt prudentiæ.

Geneſ. 4. 2.

S. Benedict.

Pſ. 148. 3.

Non ſenibus, quia ſenes, conferendæ dignitates.

Ioel. 2. 28.

Senec.

Eccl. 25. 4.

Hoc placet ò Superi! cum vobis vertere cuncta
Propoſitum, noſtris erroribus addere crimen?

Lucan. d. 7. v. 58.

14 Attendenda ſemper eligendorum cum inclinatione dexteritas, ut ex illis floreat dignitas. *Simon frater veſter* (dixit Mattathias iamiam moriturus) *ſcio, quod vir conſilij eſt: ipſum audite ſemper & ipſe*

1 Machab. 2. à 65.

erit

erit vobis pater. Iudas fortis viribus à iuventute ſua, ſit vobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi. Duplici facie in his exponitur Ianus: ſenis & iuvenis in unum corpus; ſed ad duplex munus. Vir bellator erat Simon, ut patet à *capite* 13. Vir conſilij Iudas, quod expreſsit victoriarum eius claritas: principatuſque militiæ adimitur prudenti Simoni; quia Iudas peritus in armis & ab ipſa iuventute. Uterque in conſilium & pugnam bonus; ſed in diverſa munia unus altero magis aptus: uterque eligitur, verùm diverſis muneribus; quippe dignitatibus grandis honor, quando in regimen eligitur qui fuerit melior. Iuxta inclinationem & uſum, optantibus exercitium eſt ſignandum: & cùm Mattathias conſuleret filiorum gloriæ, ſingulare miniſterium tribuit utrique: etenim honor maiorem habet honorem, dum pater in munus eligit maiorem dexteritatem. Quid iuvenis præceps & turbulentus in dignitate perficiet, qui inexpertus dumtaxàt dignitatis poteſtatem novit? Deſipere, ac decretis delirare. Quamvis ſalubria (ſi valet) indole bonà concipiat; ſæpe ſtatus ratione à rectitudine aberrat. Notat Horat. d. à v. 103.

Dignitatum honor, quando eligitur qui melior.

Romę diù dulce fuit & ſolemne, recluſà
Manè domo vigilare; clienti promere iura,
Horat. *Maiores audire, minori dicere, per quæ*
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido;
Mutavit mentem populus levis. Hic error.

Sed plauſus, dum aſſumitur in regimen iuvenis & imperitus.

15 Eritne lex ſartatecta? Dicit Bernard. loc. cit. de *Morib. & Offic. Epiſcop.* 9. n. 35. *Docens, & renuens obedire. Itaque doctor & ſolutor mandati. Stupenda inſania!* Hoc vitium ferè inſolentium, ſi nanciſcantur dominium. *In ſingulos homines & corruptiſsimà Republ. plurimæ leges. Tum Cn. Pompeius* (inquit Tacit. 3. *Annal.* cap. 28.) *tertiùm Conſul, corrigendis moribus delectus, & gravior remedijs, quàm delicta erant, ſuarumque legum auctor idem ac ſubverſor, quæ armis tuebatur, armis amiſit.* Scabies ſanè poteſtatis, & vomica iuvenis; quaſi penes illum ferre atque tollere leges. Carpit Thereſia; cavens, ne huiuſmodi dementia in ſua graſſetur familia: igitur tunc illud Iſaiæ: *Venerunt ſtructores tui deſtruentes te, & diſſipantes à te exibunt.* Grave malum, ubi titulo ædificationis venientes deſtruunt virtutem, & abeunt poſt factam diſsipationem. *Ex decretis in viſitationibus totum nihil. Non videtur viſitaſſe Prælatis, ni ſeverè condant leges*: ait Tom. 2. *Epiſt.* 27. n. 1. & ſubdit, *Epiſt.* 39. n. 3. *Cum acta & eorum leges aliquomodò ſint contrariæ, Moniales uti ignorantes vivunt attonitæ.* Titulo amplioris perfectionis ſtruentes deſtruunt & vadunt: nullumque illis virtutis videtur ſtabile fulcrum; ni acta formentur & acta, iuxta proprium cerebrum: ſtatus perfectione haud ducta, ſed introducta; prout virtus picta ab illorum phantaſia. Quod hic contigit ſpecie firmioris ſanctitatis, fit in iuvenibus Præſidibus faſtu cerebri inſolentis: igitur cum illis videatur omnia poſſe ex tradicta dignitate; in poteſtatis diſſolutæ ſpectabile auctoramen, vel quod placet, vel nullam conantur habere legem. Eſt error? Eſt temeritas, atque præcipitium? Sit. Si placet, quodcumque fas: ſi diſplicet, quid quod lex?

Bernard

Iunioribus ſine lege videtur omnia poſſe.

Tacit.

Iſai. 49. 17.

S. Thereſ.

Neceſſaria prudentia Præſidis in viſitatione Monaſteriorum.

Quid placet, aut odio eſt, quod non mutabile credas?

Horat. ibid. v. 101.

16 Crederis, ſi dementiam Manaſſe exploraveris, dum ingreſſus in regnum necdùm iuvenis; verùm plenus inſolentià præcipiti, & mota mente ex inſperata in regimen poteſtate. *Duodecim annorum erat, cùm regnare cœpiſſet.* Eius deliria iuxta ætatem in religioſitatis corruptionem, ſincipite vacuo; quoniam quod abominatio, illi dumtaxàt videbatur religio: & ſpecie religionis in religionem pugnabat; ut oſtenderet auctoritate quid poterat. Quid non faceret puer evadens ferulas, & fugiens virgas; maximè dum audaciam fovebat genij perverſitas; ita ut per multiiugum catenatum erroribus crimen, malitia longè ſuperaret ætatem? *Adoravit omnem malitiam cœli*, ſingulari prorsùm ſuperſtitione, quin poſsit arceri nec ab Iſaia furentis iuvenis inſolentia: quia ſacrilegis ritibus illa religio indicabatur de cœlo delapſa. *Sectabatur auguria, habebat ſecum magos & incantatores.* Elucet phrenetici iuvenis in dignitate exercitium, ex nobilibus ſtudijs & religione ſociorum: igitur quicquid faciebat externatus auctoratà potentià, erat propriè ſequi ſomnia; quia eiuſmodi libertatis ſomnatà felicitas, ſæpeſæpius devenit in catenas, quarum elleboro, dormiens expergiſcitur ratio, atque menti vaganti reſtituitur ordo. *Poſuit quoque idolum luci in templo Domini.* Hoc ſummum ſcelus, quod cogitare quibat animus depravatus: etenim diabolicum iniquitatis ingenium: pœnitentes in fletum criminum ingredi templum, & invenire ſcandalum.

2. Paral. 33. 1.

Iuvenes in culmine honoris, abſolutæ, diſſolutæ & furioſę poteſtatis.

V. 3.

V. 6.

Errores.

4. Reg. 21. 7.

Quę

Furores iuvenis auctoritate dignitatis.

17 Quænam hæc imago luci, inquiritur ab Expoſitoribus ſacris. Alij dicunt fuiſſe Aſaræ Deæ, de qua in *Ephemerid.* 15. *Februar.* n. 3. Alij & veriùs, ut ibid. ex plurib. AA. aſtruximus, 26. *Octobr.* n. 3. aſſerunt, ſuam ſtatuam arte maxicà inauguratam, ut eſſet Oraculum (Arca teſtamenti eductà) & quinque capitibus effictam (declaravit ſe moſtrum) ſtatuiſſe in Numinis templo, ac dedicaſſe. Plus auſus, ſi inveniri poteſt plus. Eduxit ex Arca Legis tabulas ſcriptas digito Dei, & elementa characteresque evulſit. Ibid. 25. *Ianuar.* n. 4. & etiam retulimus *Tom.* 4. *T.* 3. *n.* 13. Adeò uſque pervenit delirus & poteſtate phanaticus, relegans ſacra, & in ſacris ſuam collocans monſtroſam imaginem, deliramentis à cunctis ſolicitans veſanus adorationem. Præclarum utique caput! Inſigne cerebrum! Ludicrè ſatagit (œſtro percitus vecordiæ & procacitatis, ratione ſupremi honoris) adorari loco numinis. Unde huiuſmodi deſipientia & delirium? Dominium arreptus duodecim ætate annorum, qua nec diſcretio, nec prudentiæ rectitudo, ubi cupiditates ſine freno, ambiens principatus regimen; ut in morum corruptelam acquireret libertatem, infatuatus potentià, quaſi dignitate valeret ad omnia, radens audacter legis adeſpotæ tabulas; ut virtutis ac rationis exularet integritas, & illi moderationis creditâ poteſtate; ſubditi poſſent vivere ſine lege: cùm lex eius lubito non eſſet, niſi quod illi placuiſſet.

Lex tantum, quod illi placet.

Nonnumquàm qui tyranni (exleges, cerebro & capitones) quod volunt & nolunt efformant leges; ac per illarum tenorem & vibrata fulmina, illorum pateſcit quàm læſa crania. De Macrino refert in eo Iul. Capitolin: *Statuit omnia reſcripta veterum Principum tollere; ut iure, non reſcriptis ageretur: nefas eſſe, dicens, leges videri Commodi & Caracalli & hominum imperitorum voluntates, quæ ad gratiam compoſitæ viderentur.* Ultrà proceſſit Manaſſes, aſſumptis in iuventa habenis moderandi regiminis: ſiquidem lege Numinis è tabulis raſà; nulli permiſit vivere iuxta iura. Ubi lex, ſumma impunita poteſtas; lex dumtaxat cum lubidine voluptas.

Iul. Capit.

18 Sub iuventute (potiùs, pueritia Salomonis) qui acerbis Princeps conſtitutus eſt annis; *Sadoc & Abiathar* erant *Sacerdotes.* Nodus occurrit. Abiathar, quoniam refragatus eius electioni in Principem; depoſuit ab officio, emiſit exulem. *Eiecit ergo Salomon Abiathar, ut non eſſet Sacerdos.* Quomodò Summus Pontifex erat, & non erat? An quia depoſitum in munus denuò locaverat? Conſentit expoſitioni Caietanus. Pœnituit, & errorem depoſitionis cognovit: igitur indicat puerilem genium, expellere à munere virum egregium; quia negavit vel conceſſit in electione ſuffragium. Mihi videtur, ſe in utroque articulo uti puerum geſiſſe, ut oſtenderet in ſolio ad lubitum poteſtatem: poſſe facere leges, & reſcindere, quanvis factas directione iuris: quandoquidem valèbat ex dignitatis abſolutà poteſtate; in muneribus ſubditos poneret, & ut placeret deponere.

3. Reg. 4. 4. — Cap. 2. 27.

Adverſari refragatori, puerile. — *Phantaſia pueri in munere.*

— *Inſanæ deliramenta iuventæ.*

Mantuā

DIDASCALIA VI.

Quanta potentum embolia, ut deaurentur aſtu commiſſa crimina!

1 NEcdùm finitus Oreſtes, quippè diverſimodò occiſa genitrice ratione, diriùs agitatur à furijs: igitur oſor patientiæ, impotente tyrannide (quia culmina fumant, & præexcelſa fragoribus attonant) & tonat minis & obſtrepit turgidis verbis, cœlum vocibus implens, directionis expers; quouſque adinſtar fulminis concepta ira erumpit in reſiſtentia.

Continuatio erroris auctoramē furentis.

— *Miſit pater, & rubente*
Dextrà, ſacras iaculatus arces,
Terruit orbem.
Terruit gentes, grave ne rediret.

Horat. 1. Od. 2. à v. 2.

Grave iuveni ex dignitate inſolentiæ, quicquid furoris apponitur coërcitioni: quapropter Manaſſes Iſaiam directorem (ſicut Senecam Nero) de medio ſuſtulit, ut furor locum & curſum haberet, nec grave rediret: etenim cadit poteſtatis auctoritas, ni ſit libera in phreneſim auctoritatis poteſtas. Sentiat imperium, quiſquis arguerit deſipiendi conſilium.

Quod ſi quis veſtrum factum hoc incuſat erroris,
Eſt aliquid validà ſceptra tenere manu.

Ovid. 2. Remed. v. 63.

Siccine venerationes non labant. Oderint, dum timeant. O vox illuſtris, atque digna poteſtatis! *Nihil autem* (inquit Tacitus de *Morib. German.* cap. 13.) *neque publicę neque privatæ rei, niſi armati agunt: ſed arma ſumere, non antè cuiquam moris, quàm civi-*

Tacit.

civitas ſuffecturum probaverit. Tunc in ipſo concilio vel Principum aliquis, vel pater ſcuto frameaque iuvenem ornant. Planè & plenè regiminis ordo, arma ſumi cum ſeniorum conſilio, probatione factà, an iuvenis ſuffecturus ad uſum: equidem ſi non aptus, educet tantùm ut educat gladium: impos profectò mentis, quippe placet timeri & vivere in armis. Prudenter iuveni traditur in uſum armorum cum framea ſcutum; ut caveat in exercitio periculum: etenim inexpertus vulneratur, ubi ſcuto protegi ſibi videtur. In Didaſcaliæ propoſitum congruè Seneca. *Non eſt utilis ira* (ait *lib.* 1. *cap.* 12.) *in temeritatem enim prona eſt; & periculum dum inferre vult, non cavet.* Haud ſecùs accidit iuveni, præ honoris infulis repleto vanitate phantaſiæ, dum propter impunitatem in morigeros furenter debacchatur & invehitur; quoniam ſibi videtur offendi, ſi non contigerit obſequi. Minimè errores reſpicit, atque ſumendo lanceam, ſcutum proijcit. Vulneratur, ubi offendere cupit: temerè audet, ſequiturque poteſtatis furorem; quin etiam vulnere cognoſcat temeritatem. Conſiderat peccator iuſtum & quærit mortificare eum.

Cur ſi præ ætate inexpertus, armorū Principi non conceditur uſus? — Senec. — *Dum poteſtate abutitur vulneratur.*

O ſummos hominum quorum fortuna per orbem
Signa dedit!

Lucan. 7 Pharſ. v. 205.

2 Minimè piget damni abutentem ſoliditate patientiæ, ut poſſit vivere liberè: etenim in ſolio haudquam iudicatur libertatis plenitudo, ſi poteſtatis temeritas etiam carpatur ſilentio. *Burrho præfecto* (ait Suetton. de Nerone, *cap.* 35.) *remedium ad fauces pollicitus, toxicum miſit.* Idem Tacit. 14. *Annal.* cap. 51. Haud aſſenſit conſilio interimendæ matris, pleno horroris, in quo Princeps iuvenis uſque in exitum incubuit, atque Præfecti de averſione doluit: toxicoque quaſi iuvans levit conſiliarij fauces; ut corrigentis ſuffocaret voces. Haud furenti vivere congruebat, qui libertatem in flagitia non iuvabat: ſufficitque ex maieſtate tyranno pro mortis cauſa, ſubitum poteſtati non approbare deliria.

Sueton. — *Adverſatur, ſi criminis nō obſequitur.*

Si fieri poteſt (ait Paulus) *quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Optima pax, ſed multoties non acquiritur, etſi factum quicquid ex nobis ſit; quippe non pendet ex nobis. Uſus pacis pendet ab extremis: nequitque pacis introduci felicitas; ubi doloſa voluntas, quæ quæſtum pacis aſtu collocat in iurgijs. Ideò dicitur: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Gloria terræ in terra pax; quæ floret, ſi bonum cor: eritque non pax vera, ſed pacis falſitas, ubi mala voluntas. Hinc apud Sinas (obſervat Kircher. in *Simia Egypt.* ſyntagm. 5. cap. 2.) templum dicatum *Optimæ Paci.* Ni optima ſit, non eſt pax. A bonitate longè trica ſub larva amicitiæ. *Pax pax & non eſt pax,* ſed dolus & perfidum pectus: igitur cum mala putrium viſcerum voluntate; non ſtabilietur pax; quantumvis fiat, quicquid poteſt fieri. *Si fieri poteſt.* Multoties fieri non valet; quippe ad veram pacem cordium, pro pace oportet mittere gladium: etenim in iurgium frequenter pax peccatorum. Pax pax & non eſt pax, ubi ab ipſis ſine ullo ſenſu proteritur lex: paxque non valet fieri; quoniam expedit, impios non vivere in pace. Cum omnibus pax habenda, *ſi fieri poteſt*: cæterùm non poteſt fieri inter bonos & pravos, maximè ſi regimen habuerit furioſus & iactabundus; qui præ auctoritate credita, arbitratur illi licita omnia, & præterire ſatagit, quicquid deliret, vellicans in alijs apices, dum ille perfringit etiam repagula legis. Unde Martial. 11. *Epigram.* 40. iocatur.

Rom. 12. 18. — *Non pax ubi prava voluntas, & indocile cor.* — Luc. 2. 14. — Kircher — Ierem. 6. 14. — *Nequid eſſe inter bonos & malos.*

Nil mihi vis, & vis cuncta licere tibi?

Martial

Hinc faſtidium, hinc Præſidis odium, hinc pacis periculum: equidem ſi temeritas abſurdæ poteſtatis à cordatis prætermittitur; Præſidi approbari videtur: & quaſi per taciturnam ad ſenſum approbationem, proſequitur in regimine phræneſim. Si notatur; perſecutio in ſubditum prævenitur: qua de cauſa quantum fiat pro pace, non poteſt fieri; quoniam vel ſilendo vel loquendo, occurrit vel conſenſus vel perſecutio: ſtruitque zelo legis falſum crimen vel ſpeciem; ut ſanctificet ex iure & lege iniuſtam perſecutionem.

Cur Præſes pravus perſequitur morigeros ſubditos?

———*Audaci fiducià*
Ultrò animos tollit dictis, & increpat ultrò.

Virgil. 9 Æneid v. 126.

3 Ubi diligitur veritas, nec licet in crimen accuſatoris auctoritas; dicitur à Propheta: *Nec operientur pallio ſaccino* (alij, *Succino*) *ut mentiantur.* Hieronym. hìc ex Hebr. *Pallio dæmoniaco, & ſpiritu.* Exprimitur crimen impoſitum, dum mendacio induſtrià adhibetur pallium. Per pallium iuxta Gregorium, 20. *Moral.* cap. 22. intentionis indicatur tegmen: palliumque tollitur, ne pravè fingatur crimen, pereatque virtutis æſtimatio; quippe à potente ſæpe palliatur intentio: equidem quod extrà primo aſpectu ex colore confictò, Præſidis videtur zelus; internè in cladem virtutis eſt ſpiritus diabolicus. Palàm vulnera, in occulto cauſa. *Cætera ſors regit* (infit Tacit. 1. *Annal.* cap. 49.) *quidam bonorum cæſi: intellecto in quos ſæviretur; peſſimi arma raput-*

Zachar. 13. 4. — Hebr. — *Unde illi ſpiritus diabolicus* — Tacit. — *Ab illo palliātur ſcelera.*

puerant. Truces tum animos cupido involat eundi in hoſtem, piaculum furoris. Si boni cadunt; ſignum quòd arma peſsimi furenter ſumunt: virtuſque ſpecie criminis cadit infeliciter causa; quippe potentium ſemper pallientur ſcelera.

4 Pallium detrahetur, ne potens accuſatione innocentiæ mentiatur: palàm fiet pravi cordis intentio, nec operietur pallio coccineo. Cur pallium coccinum, ne prevaleat ex impoſturis mendacium? Pallium coccinum indicat maieſtatem Principis, in ſede ex decore maieſtatis; qui ductus furore ſtudet cordis vindictæ, intentionem malignam celante pectore; quam occultat auctoritatis pallio, ut prævaleat in propoſito: palliumque coccinum detrahitur, dum crimen in cordis ultionis fingitur; quia cognoſcetur malignitas, ubi apparet nuda veritas: fruſtranturque accuſationis voto, crimine ficto; igitur iuſtitia potentum in innocentiam deſpicit accuſationem, dum illis videbatur pro fide pallij coccinei inflatam auctoritatem. Iniuriam facium, & de iniuria queruntur: ab illiſque aſtu prævenitur apud iudicem cauſa; ut conſtet iniuria ab illis recepta: igitur nemo ſenſatus facilè queri crederet, & offenſam accuſare, ſi feciſſet: at cùm auctoritas dignitatis ingerat venerationem, concilietque audientium fidem; aures iudicis mendacio intentionis verberant, pallio coccineo defenſionem efformant; quia ne de illata iniuria iure accuſentur, accuſant. Rideret iudex de huiuſmodi infamatione, ſi oculos haberet adinſtar Iani in occipite: igitur falſum debet arbitrari commentum à Præſide crimen; quandiù ſi verum eſſet, habet querulus correctionis poteſtatem. Si ſuſpenditur potentis & volentis poteſtas; accuſationem comminiſcitur malignitas. *Merito ſuæ perverſitatis Præpoſitus* (ait Auguſtin. lib. 2. de *ſerm. Domin. in monte*, cap. 22.) *magiſtratus huius ſæculi à Domino dicitur.* Qui meritò ſuæ perverſitatis alijs præponitur, pallio coccineo magiſtratus non læſus queritur. Flocci habenda cauſæ auctoritas, quam efformat in privatam ultionem cordis perverſitas. *Non melioris fidei adverſus ſocios fuit* (dicit de Philippo Amynthæ Iuſtin. *Hiſtor.* lib. 8.) *nulli pepercit: prorsùm ut non ſacrilegij ultor extitiſſe; quàm ſacrilegiorum licentiam quæſiſſe videretur: quaſi eſſent propugnatores ſceleris, cuius turpe erat vindices fuiſſe.* Mille offenſæ ſub velamine iuſtitiæ: & multiplices in Numen iniquitates, dum gloriabatur ſub dolo defendere cauſam Numinis. Patet

Quia auctoratus accuſat iuſtos.

Ars in accuſationes.

Auguſt.

Iuſtin.

Iuſtitia larvà obumbratur iniuſtitia.

——————*Quid inania proſunt?*
Quid furias accat,
Conventuque nefas tanto decernite dignum.
Torvanæ collectis ſtipatur Curia monſtris.

Claud. 1. in Rufin. à v. 40.

5 Alius vincendus anfractus, ſuperandus ſcopulus, aſtus malignitatis, fucatà pulchritudine hypocriſis; virulento corde, mulier formoſa ſupernè. Hac de cauſa pallium etiam ſaccinum proijcitur, ne titulo religionis Præſes mentiatur. Pallium ſaccinum, ſeu pilis hiſpidum (Noſtrates, *Buriel*) erat ſignum inter Hebræos viri religioni addicti, illuminati Prophetæ, ornati ſingulari virtute ſub habitu pœnitentiæ. 4. *Reg.* 1. 8. cuius habitu permulti abutebantur, ut privatas iniurias ulciſcerentur; uti pingit Virgilius, 6. *Æneid.* 8. v. 861.

——————————*Fulgentibus annis,*
Sed frons læta parù & deiecto lumine vultu.

Virgil.

Fama virtutis iudicabatur iuſtus, ſimpliciſsimum pectus, alienum à calumnia, ex vitæ inculpatæ forma, per religionis ſpeciem, ſervans ſub pectore vulpem; ut crederetur mendacium, malignitatis embolium, virtutis ludibrium, occulti ſceleris pallium: hocque à Propheta dicitur auferendum à iuſtitia, ut clareſcant in impoſturis vario colore mendacia: quandoquidem ſæpe à malignis operiuntur ſceleſte iniquitates, virtutis ſpecie, velamine religionis. Pallium falsò nitentis exterioris ſanctitatis, reijcitur, ut mendacium in accuſatione cognoſcatur; & hac induſtriâ cognoſcitur: etenim remoto pallio, abominatio apparet & non religio: cordis virus, & non zelus: vomica pectoris virulenta per ficta crimina: hypocriſis, habitus atque pœnitentiæ deridicula forma, ſcutum moliminis falſitatis, quo zeli & perfectionis obſervantiæ nec ſpecies: imò in encomium vulnerati tota moles: igitur palàm videtur ſummæ virtutis pretioſitas, quæ à poteſtate palliata infamabatur iniquitas.

Iniquitates, fuco virtutis.

Embolia pravi.

Eſt Deus occultos qui vetat eſſe dolos,
Peccare paranti.

Tibull. 1. Eleg. 9. v 23.

6 Intendamus in ſignum argutum huiuſmodi pravitatis, ut ſimulacrum artificioſæ hypocriſis. Eius ſtatua in bivio ſedebat, cuius thronus cumulo lapidum ornabatur (*Eccl.* 26. 8.) viamque digito monſtrabat quaſi diceret: *Hàc itur.* Chartar. de *Imag. Deor.* à pag. 210. Pier. Valer. *lib.* 15. à cap. 41. Cœl. Greg. lib. 1. *Hieroglipb.* cap. 26. & fusè Claud. Minos. in *Embl.* 118. Alciat. Eius inſigne erat Caduceus, Symbolum poteſtatis, qua præut placebat, hos elevabat ad cœlum, & hos detrudebat in barathrum.

Imago Mercurij

Vir-

Virgam capit: hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit.

Virg. d. lib. 4. v. 242.

Etiam Caduceus erat ſymbolum concordiæ inter hoſtes, quia mediante virga fecit amicos ſerpentes, quorum figura ornabatur caduceus, etiam pennis inſignitus. Siccine ſtatuæ conciliata commendatio, & penitùs expoſita animi callidi & poteſtate inſolentis, afabrè ſimilitudo, ac hypocriſis imago. Hypocriſis cum colore ſanctitatis & titulo religionis, igitur dicit: *Hàc itur*, verùm ille nec movetur: quaſi eſſet virtutis ipſe decus; cùm nunquàm poneret in via greſſus ſuos. Poteſtatis inſolentis, ex abuſu poteſtatis. Meritò pingitur invenis & imberbis, altior Oromedonte ex inventione virgæ: ſiquidem ad lubitum damnatos pœnis aſſumit ad thronum, & thronodignos fulminat in infernum. Vividè vernaculè: *Para los perdidos guarda ſus premios, y à los buenos les echa con los diablos* Sic ſe gerit, qui in iuventute poteſtate gaudet: alaſque virgæ meritò fabulæ adaptant; quippe phrenetici in temeritatem præcipites volant. In virga hærent dracones, cum ſit virga ſignum pacis. Ad unguem. Tantummodo pacis ſignum, quia ſub titulo pacis vomunt venenum. Qui eſt in virtutis cœlo moribus optimis, falſis criminibus incuſat virgà regiminis, ut prævaleat technis calliditas poteſtatis. Utitur virgà, ut credantur mendacia, colore criminis, & ſpecie iniquitatis; quaſi duceretur zelo, dum ducitur odio. Exploratur cauſa pro bono pacis, ut conſtet obſervantia religionis: & cum formata ſeu ficta fuit ab odio, pravo livoris affectu, quæ à iuvene Præſide dicebatur religio; quæ latitabant in poteſtatis virga, velo virtutis erant ſerpentium venena. Non zelus, ſed invidi tabeſcentis cordis virus: non amor virtutis, ſed carcinomatis peſtis: cordis vomica, viſcerum apoſtema, religionis cataplaſma, perfectionis catapulta, poteſtatis ſtropha, perverſitatis techna, malignitatis panurgia, indolis pravæ mendacia, moliminis plica, perfidæ linguæ tragula, vafricici offucia, inſidiarum ſutela, phantaſiæ fallacia, in circumventionem trica, in veritatem fucus; quibus Mercurius causà virgę Autolicus, vel Epeus. Unde veteratores, ex poteſtate impunes, cùm ſolicitent deaurari (quippe præſides) minimè indulgendæ iniquitates; iam non Præſides, ſed colubri & virulenti dracones, ſerpentes truculentiſsimi, & ſub hominum facie bipedes dæmones.

Quo eius caduceus hypocriſis & larvatæ religionis typus.

Specie zeli, virulentia toxici.

Colores tricarum ex malignitate Preſidū.

Humanæ aut vires, perverſi aut dæmonis
aſtus:

Mirand

O quanta pulli dæmonis ſuperbia!

7 Hic & ſiccine zelus! Andiatur Bernard. *in Reſurrect. Domin.* ſerm. 2. *Quando amans ſemetipſum* (inquit. n. 7.) *diliget iuſtitiam, & odio habebit iniquitatem? Simulatè quidem poteſt ante oculos hominum etiam & ſemetipſum ſeducere, ut cùm privato amore vel odio ducitùr, compaſsionis affectum aut zelum putet eſſe iuſtitiæ: Charitas ſuper iniquitate non gaudet. Iam de ſpiritu diſcretionis ſcimus, quia nihil ſic illum extinguit; quomodo voluntas propria ſubvertens corda; & rationis oculos claudens.* Unde idem ſerm. 4. *de Verb. Iſai. n.* 2. ſubdit: *Zelus abſque ſcientia* (quid larvatus comptrice malitia?) *quò vehementius irruit, eò gravius corruit, impingens nimirùm atque reſiliens.* Videtur uſquequaque caſus cuiuſdam, nomine Leptines: *Hic confidenter furioſus Cn. Octavium Roman. Legatum interemit, & Laodiceæ in publico apparuit, paratus Romam ad cauſam dicendam proficiſci. Inventus rhetor occiſore ſtultior, qui cædem defenderet, & aſſereret reliquos interimendos, ut modeſtius imperare diſcerent. Ductum in Senatum iudicandum Leptinem, liberum miſit; quia id ſe feciſſe Dijs impellentibus profitebatur.* Ita refert Briet. ann. *Urb. condit.* 591. & 592. O inſignes PP. conſcripti! O Senatus iudicij prudentia gravis! Deus impulit facere næcem? Illis ſimile arbitrabantur Numen: igitur cùm excuſationem flagitiorum haberent, modò impulſus huiuſcemodi affectarent; impunè proprias paſsiones iræ, vindictæ & furoris ſectabatur pravum cor; ſub nomine obſequij Dei. Hoc aſylum perpetrati ſceleris,

Zelus larvatus.

Bernard.

Quo vehementius irruunt, gravius corruunt.

Briet.

Et ſub velo obſequij Dei.

Tales dabat ore colores.

Virg. d. 12. v. 69.

8 Altius iudicium Platonis, dum crimina excuſabantur quaſi impulſus Deitatis. Deliquit & graviter eius ſervus, ut refert Eraſmus, *Apophthegm. lib.* 7. *n.* 14. Tradidit ut lueret pœnas, præut deſpocebat iniquitas. Servus excuſabat crimen quaſi involuntarium; dicens, à fato ac ſtellis fuiſſe impulſum: igitur in fatis erat, ut laberetur in fœditatem criminis. Cui Plato reſpondit: *Etiam eſt in fatis, ſtellarum influxu ut dirè vapules.* Impunita eſſent flagitia, ſi excuſarent fata, & quod cordis in crimen motus impiè voluntarius, in pœnæ effugium, ſtellarum diceretur impulſus. Non aliter à malitia impunitate violentæ poteſtatis, efformatur quamvis fictè corpus criminis; zeloque Dei adornatùr accuſatio; ne proſpiciatur cordis motus & intentio: equidem ſi propoſitum prævalet

Eraſm.

Stoliditas, ut de auretur voluntaria pravitas.

poteſtate; deaurabitur excuſatione vecordiæ, & zelo ex cœlo factum, quod factum adverſus cœlum. Audacter fit, & furioſè quia non lex; exitumque evanido rubet accuſatione malitia, de qua triumphabat glorioſiſsimè innocentia: quandoquidem quod Dei dicebatur honor, apparuit cunctis nudo pectore furor: *De gladio maligno eripe me*, exclamabat & ſummè oppreſſus David. Hebr. *De gladio maligni*. Non erui petit à gladio, ſed gladio maligno. Quid in gladio malignitatis, ut malignitas gladij timoris ſit fomes? Exponit Stoicus: *Malè irato ferrum committitur*: ait, 1. *de Ira*, *cap*. 16. Gladius eſt ſymbolum poteſtatis, creditæ Præſidi pro regendis ſubditis. Creditur, ut acie ſecet ſuperflua, non in vulnera, & non dicitur à gladio, ſed à gladio maligno, dum committitur ferrum Superiori malè irato; quippe gladius ferrumque malignum; quod tendit tantùm in vulnera ſubditorum.

Pſ. 143. à 10.

Quod fucatur, ut Dei honor, apparet Prɇſidis furor.

Senec.

Unde malignus ex poteſtate

9 Malè irato, quia ferro utitur iniquitas, nullo iure concedenda poteſtas: igitur cum ira ſolicitet exitum & ultionem Prɇſidis implacabile odium; poteſtatem traditam in regiminis formam, exercebit turbulentus in vindictam. Gladius conceditur adverſus errores pravorum, ſed à malè irato poteſtatis removendum eſt ferrum; ne furor locum habeat, dum poteſtate evaginat: igitur ut iratus; minimè compeſcet ſubditorum errores; & ut malignus, iugulabit virtutes: *De gladio maligno*. Dum ira vulnere non valet per poteſtatem, quia citra legem; fingit ex malignitate crimen: in cuius ſupplicium, & Dei & religionis inſerit zelum; quaſi, etſi iratus, nil faceret, ni zelus Numinis duceret: illoque in articulo non petitur eripi à gladio, ſed à gladio maligno; ne ſpecie criminis falſa, technis & technis ſuffocetur innocentia: etenim gladius, qui debet eſſe in poteſtate Prɇſidis, videtur tantùm ad vulnus in manu malignitatis: per cujus inſtructam aciem, malignè poſsint etiam percutere honorem, facile quidem voto potiri malignitatis, ornata calumnia cum habitu religionis. Sic enim prɇvaluit Ulyſſes in vitam innocentis Aſtyanactis.

Malignitatis exercitia

Religionis larva.

Prætendit in pueri necem inſontes Deos.

Senec. in Troad. v. 752.

10 Nulla lex inſolentem auctoritate dominationis coercet, igitur effugium in flagitium interpretatione inquirit, fuco religionis adverſus religionem legis, cogitans gloſſam; ut tutò poſsit procedere in mediatam vindictam. Lex olim, ut confugientes ad aram cuiuſvis Numinis, non poſſent extrahi vel læſæ crimine maieſtatis: ſed nihil tam ſanctum poteſtati regentium objicitur, quod iuris ſpecie aut ſimulatione non eluatur: propterea ut ultio perpetraretur impunè; expoſita lex à cordis malignitate, ſed titulo religionis, quo reatus ſceleſtus maneret immunis: equidem *ut ſupplices ab aris in ſupplicium arcerentur, admovebant ignem: atque ita non ab hominibus, ſed à Deo Vulcano amoveri credebantur*. Ita Frider. Taubmann. in Plauti *Moſtell*. Act. 5. ſcen. 1. v. 63. ubi:

Taubm. *Etiezum gloſſa.*

Nunquam edepol hodie inultus.
Iubebo ignem & ſarmenta circundari.

Plaut.

Iterat morem *Menæchm*. 2. 2. v. 55. & *Rudent*. 3. 4. v. 56. quod varia eruditione illuſtrat Turneb. 9. *Adverſ*. cap. 12. Unde intelligitur illud Tertuliani, *in Apologetic. ad Gentes*, *cap*. 50. *Sarmentorum ambitu exurimur. Hoc agite boni Præſides: probatio eſt innocentiæ noſtræ iniquitas veſtra*. E vitibus prodijt vipera Paulo, ne frueretur effugio; ſimulatà ultione pectoris, titulo Numinis, obſervantia atque cultu religionis, ſubdole objicientes nomen Deitatis & imaginem, uſque ad innocentiæ ſubditorum uſtionem. Hoc agite boni Præſides. Impunitatem veſtræ iniquitatis ultionis ingenium aſtruit; quaſi in obſequium veſtrum Numen feciſſet. Dicam cum Hieronymo *in Ruffin*. apolog. 2. *Qui hoc auſus eſt facere, quid aliud non audet*? Sic ex itus, ut deaurentur crimina abſolutæ poteſtatis:

Tertul.

Actor. 28. à 4.

Hieron.

Tenet aura tum limen Erinnys.

Seneca.

11 Haud ceſſat odium, ſed riget, ſi cogitatis moliminibus non prævalet. Subrident ut irrideant, demulcent ut perimant: *Quos occidere parabat, affabiliter alloquebatur*: ait Ælius Spartian. de Caracalla. Pungit uti ſcorpius à cauda, qui feſtiva oſtentat ora, ne cognoſcatur etiam per rimulas explorata perfidia: *Non habet in potentibus ira regreſſum*, inquit Quintillian. *exclamat*. 17. Eorum enim iracundia, vel ex imaginaria offenſa (ut accinit Cladian. *de 4. Honor. Conſul. à v*. 251.)

Nunquam malignitas quieſcit ab odio.

Quint.

Expleri paſcique nequit, ſatiataque rursùs
Exoritur, cæsàque redit pollentius Hydrà.

Claud.

Habet iracundia hoc mali, nequit regi. Si contra lubitum apparuerit, impugnat etiam veritatem, quam cognoſcit: furit, & ob fruſtratam, vindictam labia mordet, & femur percutit. Maieſtas in arrogantia ſita, eſt nimis profectò delicatula: non læditur, ſed offenditur, & offenditur, quippe iniuria exiſtimatur: tanta eſt vanitas, & in ſolio diſſolutio; ut non iniuria lædat, ſed iniuriæ phantaſtica cogitatio: furioſuſque doleat non de vulnere, ſed de doloris deridicula opinione, qua vulneratur auctoritas, & ita dirè; ut erumpat in querelas. Hoc agite boni Præſides, ſaltem propter inſitum ſplendorem maieſtatis.

Etſi cognoſcat iniuſtum.

12 Qui conditionem præſentiſcit; ne tonet (vel ſi fortè tonuerit) ante toxicum præveniat alexipharmacum. *Caveto* (ait Hieronym. *Epiſt*. 2.) *omnes ſuſpiciones: & quicquid probabiliter fingi poteſt; ne fingatur, ante devita*. Aliter erit ſine crimine; facto pius & ſceleratus eodem: ſiquidem cùm ſcrutetur qui poteſtate delirus, in litem & accuſationem ſpeciem, ut nanciſcatur iniuriæ conceptɇ ultionem; cuiuſlibet rei (duas anſas habentis, articulo ambiguitatis) in ſatietatem vindictæ, demens apprehendet utramque. Phariſæorùm apparent embolia, quando adducta ad Ieſum mulier, in adulterio comprehenſa; ut videretur deliquiſſe, ſive illam abſolveret, ſive damnaret. Idem molitum in argumento tributi, an dandi Cæſari: equidem ſi annueret, inviſus redebatur Iudæis: ſi refragaretur, Romanis, apud quos Iudæorum nequitià malè audiret, & invidiam conciliaret. Planè nequitia, quæ in accuſationem utraque contradictoria amplectebatur extrema. Viſum in Caligula, de quo Sueton. à *cap*. 48. *Ingentia facinora auſus, & aliquantò maiora moliens, dicens: Veniam, veniam, & hic* (puta, pladius) *mecum; urbem petijt, deflexà omni acerbitate in Senatum: cui animadvertendos tantorum dedecorum rumores, palam minabatur: querens inter cætera, fraudatum ſe iuſto triumpho; cùm ipſe paulò antè, ne quid de honoribus ſuis ageretur, etiam ſub mortis pœna denunciaſſet*. Apparent liguritores, quia aliud dicunt, aliud cupiunt. Sat, minitant, nobis duplex miſſus; & devorant octo. Cupiebat Caligula rogari, ut lateret arrogantia ſub ſpecie modeſtiæ. *Motum timebat* (inquit in *Macrino*, Ælius Lamprid.) *ne eo interveniente impediretur imperium, quod raptum ierat; ſed quaſi invitus acceperat, ut ſunt homines, qui ad ea ſe cogi dicunt, quæ vel ſceleribus comparant*. Videſis de Tiberio Cæſare, Tacit. 1. *Annal*. cap. 11. 47. & 72. Cognovit aſtum Claudianus: unde de Eutropio, lib. 2. de *Laud. Stilicon*. à v. 280. ſuccinit:

Hieronym.

Ioan. 8. v. 5.

Velicant & incuſant factum & infectum

Matt. 22. v. 17

Sueton.

Inventiones & molimina, ut capiatur in noctia.

Lãprid.

———— *Quid profuit*
Servilem pepuliſſe notam? Defendis honorem,
Quem fugis & ſpernis? tanta quem mole tueris
Reſpuis oblatum, pro quo labente reſiſtis?
Quænam cauſa moræ? Quonam cunctavere rursùs
Ingenio? Publicus ille furor.

Claud.

Sed acquiritur fraudibus honor. Unde, ut dicit Tacit. quò dudùm *lib*. 12. cap. 68. *Summa ſcelera incipi cum periculo, peragi cum præmio*.

Tacit.

13 Quaſi his artibus malignitatis, ingenium nequam admittere accuminis valeret hebetationem; in propoſitum concipit aliud ſubtilius acumen. Pravus quippe auctoratus, offendit, nocet, in deterius cuncta trahit: at cùm nihil prodeſſe cogitationibus videt; quid accuſare ſatagit ad ſpeciem, ut ſaltem ſpecie audaciæ procacis demonſtret excuſationem: quaſi ad meditata uſaque flagitia, anſam priùs præſtiterit innocentia. Iam cum Phariſæis pepigerat Iſcariotes, ut Magiſtrum cœleſtem venderet & traderet illis. Chriſtus ut tanti criminis ſupplantator reſipiſceret, in commune aſſeclis manifeſtavit: verùm minimè cor ſaxeum cucurrit in pœnitentiam, quamtumvis cognoſceret proditionem eſſe notam. Noluit intelligere, ut benè ageret, & ſibi conſuleret. Conſumabit itaque fotam malignè nequitiam; qui poſtquam vendiderat, auſus cum illo ſedere ad menſam. Cûm ſententiam ex ore Magiſtri audivit, quilibet eorum quaſi perculſus expavit: & cùm homo facere valeat, quod alter perpetrat: contriſtati valdè (de ſe diffidentes, ſed timentes ſibi, ut ſanctij) cœperunt dicere ſinguli: *Numquid ego ſum Domine*? Cognitio fragilis humanæ conditionis, ſanctos eſſe, comprobavit. Delicta quis intelligit? Potuerunt tradere, qui potuerunt fugere: ſed longius eſt à peccato, cui ineſt peccati, ut averſetur, cognitio.

Alia calliditas, ſingulari embolio.

Audaciæ perfidi.

Iuſtus ſibi diffidit.

Match. 26. 22.

14 Reſpondeamus ergo propoſito Didaſcaliæ. Ut audivit perduellis ſocios interrogantes, adiatrepſia effrontis, etiam Magiſtro dixit: *Numquid ego ſum Rabbi*? Si iſthi non ſunt, numquid ego? Claret veritas articuli à ſufficienti partium enumeratione; cum hypocriſis audacia: equidem fucatæ virtutis infallibilis nota; ſe deteriorem cumulatà malignitate cognoſcere, & inter Sanctos numerari velle. *Non velle dici ſanctum*: ait Ductor & Doctor N. *Regul. Sanct*. cap. 4. Nequaquàm aſpirat eſſe, qui voluerit dici. *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet*: reſpondit Chriſtus. *Mecum*. Signat ex apparenti ſocietate perfidiam, ac perfidiæ aſſumptam larvam. Edere in eadem paropſide, eſt ſignum intimoris amicitiæ: Chriſtus

Verſ. 25 *Vade cognoſcitur hypocriſis improborum.*

S. Bened

Verſ. 23

Qui magis dignatus, citius perfidus.

ſtuſque dicit *Mecum*, ut ſinet graviorem amoris ictum: etenim qui ſe magis oſtendit familiarem, ſecuriùs meditatur in amicum proditionem. Cavendum ab amico, monet Ieremias. Cui fidet, ſi amico non credit? Eſt in dolo ſupplantatio, & perduellis circunventio: ſed ut abominabilem prænunciet; dicit Vater ſacer: *Supplantans ſupplantabit*. Sunt inſidiæ in dolo ſine ſupplantatione. Cum ſupplantatione ſupplantatio larva amicitiæ: igitur pectus putre magis perfidum; qui amicum ſeſe vendit, ut vendat amicum. Iccircò Evangeliſta ſubdit: *Iudas qui tradidit eum. Qui tradet*, ſed *Qui* iam *tradididit*? Vendiderat, ſed non traderat. Flocci pendet perfidus, amicum hoſtibus tradere; ſi decrevit vendere. Sanè perficiet, quamvis ſuſpendatur & crepet. Arator, lib. 1. in *Act. Apoſt.* à v. 83.

Ierem. 9. 4.

Sine periculo inſidiæ ſub amicitiæ velamine.

Matth. v. 25

——— ——— Proditor amens
Mercedem ſceleris ſolvit: ſibi tædia noxæ
Horruit ipſè ſuæ, ſtringens in gutture vocẽ.

Arator.

15 Scrutemur ulteriùs fundum malignitatis. *Numquid ego ſum Rabbi?* Iam erat Phariſæorum, iam ſe oſtendit eſſe Chriſti diſcipulum: cum ſancto ſanctus, cum perverſo perverſus: ut poſsit vivere ad lubitum voluntatis, fit bilinguis, & proprietate ardelionis, dum nota furta cognoſcit: relictis ſocijs, facies peccatoris ſumit. Vernaculè: *Trapazero: embarrador à dos manos*: de quibus Seneca, Epiſt. 115. ait: *Ad mercedem pij, ad mercedem impij. Honeſta, quandiù aliqua illis ſpes ineſt, ſequuntur: in contrarium tranſieuri, ſi plus ſcelera promittant.* Sic facies Iudæ, ſed ſine facie: *Nunquid ergo ſum Rabbi?* Si ſe proditorem noſcit, quorsùm inquirit? Ut aliquam criminis excuſationem haberet. Non erubeſcit ſceleris, ſed publicæ vocis. Ipſe ſciebat ſe inſtruxiſſe perfidiam; & ut aliquid diceret, ſediſſe ad menſam. Sciebat in Magiſtrum molitam perſecutionem, ut tolleretur in crucem: ſciebat cauſam eſſe illius dedecoris, & protitæ auctoritatis; quod ita grave, ut ipſis hoſtibus eſſet odibile: & læſum interrogat, quid de crimine ſentiat; ut illius aliquam excuſationem habeat: etenim à crimine ſe abundanter purgabit; eò quòd Magiſter crimen coram ſocijs aperuit. Quid enim faciet vir auctoratus, ſi dehoneſtur? Quid dum à ſocijs optimus æſtimabatur? Conſenſit nequitiæ ſceleris, ut vindicaret opprobrium manifeſtæ proditionis; cùm occultam eſſe cuperet, ne ſi pateret, numos trifur conventionis ammiteret. Huiuſmodi pravitatis cogitamen, propriè ſimulatio ſceleris, & nulla purgatio criminis: iam enim commiſerat crimen, antequàm cogitaret indicis excuſationem. Dixit tractus, & articuli exitus. Cognovit cognoſci perfidum: proiecitque amens poſt ſitulam lorum: equidem palàm ut inimicus cum inimicis exivit, qui clàm de ſe meritum ad mortem prodidit. *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum* (id eſt, apud Principem & Præſidem: dicebat David) *& qui loquuntur mala adverſus animam meam*: Hebr. *Honorem meum*. Ut derogent famæ, verborum etiam ſuperbè exercentur abuſione; quaſi dicerem vitia latentia, volentes latere vitia: optantque alicuius frivolæ cogitationis ſpeciem; ut vindictæ aliquantulam habeant excuſationem: & frutetur honor, dum honor fruſtratur. Deaurare ſtudet fœditatem criminis,

Malitiæ ſemper ſcelerata proles.

Facies proditoris bi ingui ſine facie.

Seneca.

Solicitas aliquomodò quoad ſpeciē offendi; ut in offenſa potiatur excuſatione.

Pſ. 108. 20.

Qui pravus cognoſcitur cũcta fingit, ne agnoſcatur.

Raviſ. Text.

TAUTOLOGIA DECIMA.

PROPTER ELECTOS, QUOS ELEGIT.
Marc. 13. v. 20.

EXPOSITIO LITTERÆ.

1 TAutologià præcedenti egimus de Anti-Chriſto, eius regno ac duratione: in præſentiarum agendum de eius tyrannide, & truculentia vexationis acerbiſsimæ, fervore perſecutionis, prævalente iniquitate. *Proſternetur veritas in terra: & faciet & proſperabitur.* Daniel. 8. 12. & 11. 31. ſubdit: *Brachia ex eo ſtabunt, & polluent Sanctuarium, & dabunt abominationem in deſolationem; & impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter: & docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate, & in rapina dierum. In tempore autem illo conſurget Michael, Princeps magnus* (additur, 12. 1.) *qui ſtat pro filijs populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt uſque ad tempus illud.* Iſai. 2. 19. *Introibunt in ſpeluncas petrarum & in voragines terræ à facie formidinis.* Oſee. 10. 8. & *Apocal.* 6. 16. *In diebus illis quærent homines mortem, & fugiet mors ab eis*; cap. 9. 6. Quantum cruciaminis, ſi mors dulcis! Quæ à Prophetis vaticinata, etiam à Chriſto prædicta, ut reſiſterent fallacijs, dum faſtu atque poteſtate appareret filius perditionis: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modò, neque fiet: & niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro; ſed propter electos breviabuntur.* Metricè Iuvencus, lib. 4. *Evangel. biſtor.* à v. 134.

Quanta Anti Chriſti in Eccleſiam perſecutio!

Matth. 24. 21.

Nam cunctis venient ſæviſsima pondera terris.
Tale malum non ſæcla priùs, nec poſtera norunt.
Et ni ſublimis genitor decerpere tempus,
Et numerum miſerans vellet breviare dierum;
Nulla dehinc trepidæ ſuperarent corpora vitæ:
Sed propter electos veniet miſeratio iuſtos.

Iuvenc.

Marcus addit: *Propter electos, quos elegit*; ex quo noſtra Tautologia.

2 Ante expoſitionem elucidandum argumentum Pleonaſmi. Ergo ſciendum, Aſſertorem N. cum ſtructuræ templi auguſti, totò in orbe celeberrimi, oſtenderentur à diſcipulis, ut placaretur à minis fulminatis crimine incredulitatis; quaſi pertæſum, faſtidioſè illis dixiſſe: *Videtis bæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Mirabantur ſequentes illum uſque in montem Oliveti: cui ſedenti auſi ſunt loqui, *Dic nobis, quando bæc erunt? Et quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi?* Tria interrogata: primum de excidio urbis; ſecundum de adventu Vindicis, denique de exitio orbis: *Et quia tria bæc in unum quæſita ſunt* (ait hic Hilarius, *Can.* 25. *diſtinctis & temporis intelligentiæ, ſignificationibus ſeparantur*; igitur etſi in urbis demolitione, habitatoribus quaſi extrema cruciaminis; reſpectu futurorum necdùm finis: magna enim tribulatio ex diritate militum advenientium; ſed tot & talia initia ſunt dolorum: futura ſanè in orbis exterminium, qualis non fuit ex quo gentes eſſe cœperunt.

Ibid à v. 2.

Nulla alia ſimilis.

Hilar.

3 Nonnulli ſecundum cum tertio coniungunt, ita ut idem ſit adventus Chriſti & conſummatio ſæculi. *Tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & maieſtate.* Matth. d. v. 30. & *Daniel.* 7. 13. Alij nectunt adventum Salvatoris cum deſtructione Urbis, ad quam ipſe venturus vindex, propter Deicidium ab habitatoribus malignè meditanter patratum. Aſtruitur ex eo, quod Chriſtus dixit: *Dies ultionis bi ſunt*: Luc. 21. 22. & de Ioannis ſtatu, ſignato Petri martyrio: *Sic eum volo manere donec veniam.* Ioann. 21. 22. Theophilactus hic: *Ioannes*

Theoph.